

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[CollectionBoite_007 | Onanisme. Perfectionnement de l'espèce. Police médicale allemande et anglaise.CollectionBoite_007-8-chem | \[Annotation de D. Defert : Notes sans chemise concernant médecine allemande, perversions sexuelles\]](#)[Item](#)[Carl Theodor Groddeck. De morbo democratico, nova insaniae forma \[photocopie\]](#)

Carl Theodor Groddeck. De morbo democratico, nova insaniae forma [photocopie]

Auteur : Foucault, Michel

Présentation de la fiche

Coteb007_f0386

SourceBoite_007-8-chem | [Annotation de D. Defert : Notes sans chemise concernant médecine allemande, perversions sexuelles]

LangueFrançais

TypeFicheLecture

Personnes citées[Groddeck, Carl Theodor](#)

Références bibliographiques[Groddeck, De morbo democratico, nova insaniae forma](#)

RelationNumérisation d'un manuscrit original consultable à la BnF, département des Manuscrits, cote NAF 28730

Références éditoriales

Éditeuréquipe FFL (projet ANR *Fiches de lecture de Michel Foucault*) ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle).

Droits

- Image : Avec l'autorisation des ayants droit de Michel Foucault. Tous droits réservés pour la réutilisation des images.
- Notice : équipe FFL ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR).

Notice créée par [équipe FFL](#) Notice créée le 22/07/2020 Dernière modification le 23/04/2021

sentia istius status, non inmutatur, etenim quod quis
consciis, irrationabiliter, eo rationabilitas non eva-
dit (1).

SYMPTOMATA.

Nostrae quoque tempestatis status morbi commu-
nibus omnium harum causarum effectibus producti sunt,
et accuratiore disquisitione iam singula quam universa
facile reperiam. Jam levis quaedam rei contemplatio
nobis morbosam relationem aemulationis appetentiaeque
libertatis externae quoque versus proponit. Seditio
Parisiensis omnes limites perripuit, et ex
sanguine caesorum multisque ruinis summae populi pe-
lestas, res illa admodum ambigua, qua et maxima licen-
tia et tyrannis severissima continetur, caput sum-
maxime terribile extulit. Obtuso quodam modo animi
nuntio illius facti, allato, animi attingebantur, quippe ex-
spectabatur, sperabatur, timebatur. Nonnullis (in locis,
ubi res praeteritas vel singuli viri appetentiam libertatis
externae iam plus excoluerant, ejus explendae deside-
rium movebatur. Aemulatio pavida omnium expecta-
tione valde sustentabatur, ac revolutionis procellariae
sedulo circumvolitabant, ut fomitem ubique il paratum
accenderent. Legitima quidem adhuc auctoritas,
at ambulus ejus et potentiae vacillabant, et a utriusque

(1) Hecker über die Sympathie. Id. die Kinderfahrten.
Sprengel's Geschichte der Medizin. T. V. p. 628 sqq. Ideler,
Marx, Esquivol II. cc.

probandi cupido nascebatur. Per se sane multa hic
disserere licet, sed historia serie rerum, quarum conti-
nexus, sive pateat, sive non liqueat, nullam admittit
cavillationem, strenue procedit, non curans ingenii hu-
mani aut perspicacitatem aut imbecillitatem. Certamina
Viennense et Berolinense Germaniam
quoque plano liberabant, i. e. praesentem societatis
statum tollebant et communi efficacitati omnium nationis
studiorum et nisuum, vel externis non exclusis, novum
restituendum permittebant.

Cujus conditionis periculum haesitatio omnium oc-
cultabat, quid libertate recenti faciendum esset. Unus
modo nisus, jam dudum in natione reconditus, ab optimo
quoque et nobilissimo patriae filio, per quodvis servitii
tempus sustentatus, celeriter et una cum appetentia
libertatis externae processit, unitatem ille nationis per-
tens, qui toti commotioni individualement populi nostri
characterem tribuit, sicuti individualement quoque prae-
dispositionem ad motum exhibuit. Idem nisus, qui sui
amorem singulorum in patriae amorem extendit, qui in
magnitudine, potentia et gloria patriae honorem suum
proprium reperit, bonum adversus egoistas munimentum
feri videbatur, nodumque omnibus vitae conditionibus
intricatum feliciter solutum in spem movebat. Verum
nisus in vulgo creberrimi principatum ob-
tinebant ac principium summae populi potestatis, quod
studiis singulorum minimo civitatis imperio adula-
tur, (1) imprudentem omnium ordinum piebem allicie-

(1) Dahlmann, Polit. p. 230.

